

# PRO-RECTOR ACADEMIÆ GIESSENSIS, IMMANUEL



CONSILIARIUS HASSO DARMSTAD. JURIIUM PROF.  
PUBL. ORDIN. & ACAD. SYNDICUS;

UNA CUM UNIVERSO SENATU  
ACADEMICO

OMNIBUS LECTURIS, INPRIMIS CIVIBUS IN QUALIBET  
FACULTATE STUDIIS LITANTIBUS

S. P. D. ET LABORES PROXIMI SEME-  
STRIS INTIMAT

EODEMQUE OMNIUM DISCIPLINARUM CULTORIBUS  
AD LAUDABILEM DILIGENTIAM COMMENDAT.

DIE XXVII. MART. MDCCXXIII.

SUB SIGILLO ACADEMIÆ MAIORI.



---

GIESSÆ,  
TYPIS VIDUÆ IO. REINH. VULPII ACAD. TYPOGR.



# IN FACULTATE THEOLOG.

JOANNES CHRISTOPH. BIELENFELD,

Consiliarius in Sacr. Suprem. Superintendens & Theol.

D. ac P. P. Primarius.

**L**ectiones Exegeticas & Polemicas, una cum Disputationibus hebdomadis singulis habendas continuabit. Item absoluta nunc Theologia Catechetica, pro desiderio nonnullorum, Partem secundam Theol. Moralis D. Buddei prælegendo explanabit.

JOH. BARTHOLOMÆUS RÜDIGER,

Th. D. & Prof. Ord. Consist. Princ. Assess. atque district.

Marp. Superint.

**E**vangelistarum *Harmoniam*, quam *privatis* horis hætenus tradidit, ad *publicas* per æstatem transferet; *privatis* autem Collegium novum *Polemicum*, voto ac desideriis *Dnn. Auditor.* congruam, exordietur, *theticumque* prope ad calcem perductum, finiet, finitoque ejus vice *aliud* è vestigio subjunget, aut petentibus *aliud* haud gravatus dabit.

JOH. GOTTOFREDUS SCHUPART,

SS. Theol. P. P. O. Consistorii Princip. Adessor & Dioces.

Alsfeld. Superintendens.

**C**ommentationes quas in *Esaiam* & *Exodum*, publicis Lessionibus, instituit, singulis diebus, ea, quæ decet, cura continuabit. Privatim denuo auspicabitur Collegium in *B. Bæjeri Theologiam Positivam*. In moralibus discrimen naturæ & gratiæ quoad facultatem *imaginativam*

tivam nunc expendit, quem laborem strenue porro urgebit, daturus operam, ut hoc semestri eundem absolvat. Nec illis deerit, qui Symbolica hisce vel Anti-Pontificia jungent, aut de putando diligentiam exerceri præoptant, in singulis ad utilitates & vota Dnn. Commilitonum se totum accommodaturus.

# JOH. GEORG. LIEBKNECHT,

*SSæ. Theol. D. & Prof. P. Extraordin.*

Finita exhibitionis Librorum Symbolicorum in publicis Lectionibus materia, istarum loco singulis hebdomadibus theses non nullas, ex Aug. Conf. decerptas, & Novatoribus præsertim oppositas, & quidem inter privatos parietes ventilandas proponet, nec quoad alias SSæ Theologiæ partes Nobilissimis Dn. Commilitonibus deerit.

## IN FACULTATE JURIDICA, JACOBUS FRIDERICVS LUDOVICI,

JCtus.

Publicè veros artium liberalium cultores in disciplina Juris Naturalis disputando exercebit, privatim vero Pufendorffii elegantissimum libellum de officio hominis & civis hora VII matutina exponet, Hora X ad institutiones cum notis nuper editas & hora XI ad doctrinam pandectarum commentabitur. A meridie hora III. superaddet adhuc collegium juris canonici & ecclesiastici ad Schiltneri institutiones. Exemplaria in nundinis Francofurtensibus instantibus facile comparari poterunt. Adjuvante divina gratia non nudis verbis, sed ipso facto, id ager, ut Serenissimi Nutritii voluntati & mandatis obtemperet. Deus vires largiatur.

IMMA.

IMMANUEL WEBER / J. U. D.  
 Consiliar. Hassiac. Professor Jur. Ordinarius,  
 Academ. Syndicus,

**C**ontinuabit Lectiones ad *Jus publicum* Schwederi; Novum etiam Collegium *Juris Naturæ*, ad *Pufendorffii Officia Hom. & Civis*, aut si magis placet, ad *K ipsi Collegium Grotianum*, [cujus ut Exemplaria ex nundinis adferentur, curabo inchoabit; &, quantum Rectorale officium permittit, ad alia Dnn. Studiosorum desideria se accommodabit.

JO. GODOFREDUS HARTVINGIUS, D.  
 Consiliar. Hasso-Darmstad. & Jur. Prof. Ordin.

**P**ublice in Pandectis progredietur: *Privatim* easdem denuo ad preces nonnullorum Lauterbachianæ soliditatis amatorum juxta ductum Compendii Lauterbach auspiciabitur, simulque Institutionale Collegium absolvet, laboresque privatissimos continuabit.

JO. FRIDERICUS WYDEN /  
 J. U. D. & P. P. Extraord.

**P**ublice lectiones suas ad Introductionem Juris publici Schwederianam continuabit. *Privatim* vero vel ad eundem Schwederum, vel ad B. Cocceji Jurisprudentiam publ. commentabitur; Collegium quoque Pandectarum ad Compendium Lauterbachianum de novo aperiet, ac in reliquis legitimæ scientiæ partibus; pro desiderio Dnn. Commilitonum, studia sua atque officia quam promptissime semper exhibit.

IN FACULTATE MEDICA.  
 JOH. CHRISTOPH. HERTIUS, Med. D.

hujusque Prof. & Archiater Hasso-Darmst. Primar.

**U**bi otium aulicum ipsi permittet versari in Academia, non deerit, si quacunque ratione Philiarorum conatus promovere poterit.

MICHAEL

MICHAEL BERNHARDVS VALENTINI,

*Archiat. & P. P. Ord.*

**M**ethodi medendi. (*publicè explicandæ*) applicationem ad ipsam praxin in *Collegio privato* docebit.

D. JOH. CASIMIR. HERTIUS,

*P. P. Ordinar.*

**P**ublicè, ut tempori inserviat rei herbariæ denuo vacabit. Privatim vero operam dabit, ut in Chirurgicis æque ac anatomicis DNN. Commil. satisfiat.

IO. MELCHIOR VERDRIES,

*D. Med. PP. Ord.*

**P**ublice, Quæstiones Medico - Legales, ad ductum Clar. *Teichmeyer*, exponet. Privatim *Cursum universæ Medicinæ* denuo exordietur.

JO. THOMAS HENSING,

*Med. D. & Prof. P. Extraord.*

**P**ublicis *Lectiõibus*. Historiam Medicinæ dabit explicatam. Intra *privatos* parietes in medica praxi exponenda perget; aliis etiam, si desiderabuntur, laboribus bonum Dnn. Studiosorum promovendi studium testabitur.

CHRISTOPH. BERNH. VALENTINI,

*Med. D. ejusdemque Prof. Extraordin.*

**P**eregre adhuc degens per commercium (quod Dnn. Philiatris offert) literarium casus varios in nosocomiis Exterorum observatos communicabit. Quamprimum autem *Academiæ patriæ* restitutus fuerit, officio suo tam publice quam privatim data opera satisfaciet.

---

IN FACULT. PHILOSOPHICA,

MICHAEL BERNHARD. VALENTINI,

*Phys. Experim. Prof. P. Ord.*

**C**ontinuabit publice argumentum de remediis specificis eorumque ætiologia

ziologia Physica. *Privatim*. DEO vires conservante, collegium experientiale denuo aperiet.

**MATTHIAS NICOL. KORTHOLT,**

Eloqu. & Poët. Prof. Ord. Academ. Biblioth. Praefectus.

**P**ublicis laboribus matur. VIII. duas hebdomadis horas introductioni ad eloquentiam civilem, latinam & germanicam, duas enucleandis **Q**VIDII selectioribus elegiis destinabit: die Mercurii more solito adiuta ad Bibliothecarii aperturus, Saturni collegium oratorum continuaturus. Adiunget privatim in utraque lingua collegium *Stilip* stolicum & oratorium practicum, nec promovendo ligati sermonis reive litterariae studio defuturus.

**IOH. GEORG. LIEBKNECHT,**

D. & Mathematicum Prof. P. Ordinarius.

**P**ublice *Elementa Geographiae universalis* ante aliquot annos edita, una cum vero globorum usu & adparatu explicabit, cui *privatim* Geographiam *historicam*, ut & integrum scientiarum mathematicarum cursum, intra anni spatium absolendum, addet, continuatis interea lectionibus optis, Architectonicis, nuper inceptis, nec vili, quoad aliam scientiam Mathematicam peculiariter ac plenius cognoscendam, suam denegabit operam.

**IO. HENR. MAIVS,**

Antiquitatum, litteraturae Graecae, & linguarum orientalium

Professor ordinarius,

**C**oeptas in libros N. T. praelectiones Graecanicas ex publica cathedra continuabit; prius autem horas illustrandis antiquitatibus Articis, a *Lamb. Bos* succincte conscriptis, impendet.

**IO. MELCHIOR VERDRIES,**

D. Philos. Natur. P. P. Ordinarius.

**P**ublice, potiores controversias recentiorum physicas ad experientiae & rationis trutinam examinabit. *Privatim*, votis ac desideriis Generos. ac Nobiliss. Do. Dn. Commilitonum, pro sua virili, satisfacere studebit.

JOH.

JOH. CONRADUS ARNOLDI, D.

Log. & Metaph. Prof. Ord.

**M**etaphysicæ erranti, superioribus Lectionibus publicis propositæ, nunc pari studio ac tempore *Logicam Errantem* addet; ostensus, qua ratione per defectum & excessum, tum à priscis; tum à novatueritibus, in philosophia rationali tradenda peccetur. Privatas utriusque disciplinæ Lectiones, ex usu & desiderio Dn. Auditorum, ea porro facilitate & perspicuitate instituet, ut singularum facultatum Studiosi genuinam iis in foro suo utendi rationem intelligant; præsertim vero S. Theologiæ consecrati, viam controversias Theologicas, secundum fidei articulorum seriem tractandas, Logicæ resolvendi perdiscant, & solitos disputandi exercitio consolident.

SEBASTIANUS MASSON,

Moral. P. P. O.

**I**ndicatum iam superioribus temporibus disputandi exercitium publice persequi non desinit. Tum præter privatissimæ aliquot quæ sibi nunc incumbunt, collegia, explicita pridem sigillatim iuris naturalis, civilis prudentiæ & morum doctrinæ, *privatim* in illorum vsum quorum vberiores fuerint profectus, examinatorios vel disputatorios congressus instituet: vel etiam novas pro desiderio adornabit prælectiones; quemadmodum denique eorum quæ ad suam provinciam pertinent non omissurum se quicquam, quandoquidem oblata sibi occasio fuerit, profiteatur.

CHRIST. FRIDER. AYRMANNVS,

Histor. Profess. P. Ord.

**P**ublice contionabit Historiam Germanicam, privatim vero Historiam universalem Cellarii nuper inchoatam explicare perget, paratus præterea in quacunque Historiæ aliorumque elegantiorum studiorum parte desiderii Dn. Commilitonam satisfacere.

D. JOH

D. JOH. THOMAS HENSING,  
 Prof. Philos. Natur. Chemicæ Ord.

Publicè diebus Mercurii & Saturni, hora ante meridiem IX. de *Secretis Hieronymus Philosophiæ* ita commentabitur, ut, quid in Philosophiam naturalem, Medicinam, Metallurgiam, in Rempublicam denique commodi vel noxæ ex illis manaverit, pateat; atque Lectio omnium Facultatum studiosis frugem, afferat optimam. Neque à more, quo publicis Demonstrationibus Chemicis & Discursu de operum DEI admirandis, vel artis tentaminibus rarioribus animos curiosorum hætenus & delectare & instruere solitus est, recedet, sed, quantum facultates legaræ hic suppeditas ferunt, paulo eum frequentius observabit.

Privatim, omnes materias, quæ auri præter naturam cupidis, tam ad universale, quam ad particularia, ut vocant, in usum unquam fuerunt, monstrabit, theoria & praxi illustrabit, impossibilitatis, ex ipsius materis natura singulari fluentes causas clarissimas daturus; & hæc quidem eum in finem, ut Juvenes, quam tot viri senesque amore depereundo pereunt, Junonis, vel rectius, Lapidis Philos. nubem cavere & sibi recte sapere discant.

CHRISTOPH. LVDOVICVS RÜDIGER,  
 Prof. Extraord.

In recitationibus suis, quibus in *universam Philosophiam* bonarum artium cultores introducere consuevit, *partem ejus practicam*, tum literariam, tum præceptis contentam hætenus illustravit, ita, ut priori dudum expedita, in posteriori paucis adhuc desudandum habeat, instante ætate in regium cursum confecturus. Quo ipso nec eorum qui in *philosophia quantitativa* à se exerceri cupiunt, laudabili conatui obsistet. Simul & necessarium *librorum apparatus*, iis qui vel Theologiæ primum, vel Jurisprudentiæ aut Medicinæ consecrari voluerint, suppeditaturus. Quædam aliis vel *Religionum* in mundo habitabili florentium, vel *Philosophiæ veteris ac novæ*, historico-geographica notitia animum imbueri iucundum fuerit, neque hos opera ac industria sua defraudabit.